



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

126 Revocatio facultatum legendi libros Thalmud, & alios prohibitos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Et quoniam impia Judæorum perfidia,
 324 † nequissima, impuraque scripta thal-
 mud semper amplexa fuit, in quo sunt blas-
 phemiæ in Deum, & Christum ejus, ac Bea-
 tam Virginem manifestæ, inextricabiles fa-
 bulæ, abusiones erroneæ, stultitiæ inau-
 ditæ, quas filios suos docent, ac in illis
 nutriunt, & à legis & Prophetarum do-
 ctina reddunt ipsos pœnitens alienos, ve-
 rentes ne veritate, quæ in eisdem lege, ac
 Prophetis est intellecta, apertè de unigeni-
 to Filio Dei venturo in carnem testimoni-
 um perhibente, convertantur ad fidem, &
 ad Redemptorem suum humiliter rever-
 tantur. Innocentius Papa IV. libros eiusdè
 125 thalmudi † cum glossis desuper factis,
 igne cremari mandavit, ut testatur idem
 Innoc. in cap. quod super num. 4. de vot. &
 vot. red. ejisdemque Hebræis nutrices, &
 ancillas Christianas habere prohibuit, ut
 in litteris, de quibus in eo. Bul. pag. 5. cap. 1.
 & Clemens Papa VIII. exemplo ejisdem
 Innocentii Papæ IV. & quamplurimum alio-
 rum Pontificum suorum prædecessorum
 motus, omnibus, & quibuscumque uni-
 versitatibus Hebræorum, eorumque sin-
 gulis, tam in temporali Sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ ditione, quam etiam extra eam
 ubivis locorum & in quibusvis Christiani
 orbis partibus constitutis perpetuè pro-
 hibuit, ne quosvis libros & codices impios
 thalmudicos sæpè damnatos, vanissimos,
 caballisticos, atque alios nefarios à præde-
 cessoribus suis prohibitos, & condemna-
 tos, nec non opera, commentaria, tracta-
 tus, volumina, & scripta quæcumque, tam
 lingua Hebraica, quam quavis alia ha-
 stenus conscripta, aut versâ edita, & im-
 126 pressa, ac in posterum conscribenda, aut
 vertenda, edenda, vel imprimenda, conti-

nentia, seu continentes tacitè, vel expressè
 hæreses, vel errores contra sacras veteris le-
 gis, & testamenti scripturas nec non contu-
 melias, impietates, blasphemias contra De-
 ſi, sanctissimam Trinitatem, & Salvatorè
 N. D. Jesum Christum, eiusque sanctam
 Christianam fidem, ac Beatissimam ipsius
 genetricem Virginem Mariam, & Beatos
 Angelos, Patriarchas, Prophetas, Aposto-
 los aliosq; Sanctos Dei, sanctissimam cru-
 cem, sacramenta novæ legis, sacras ima-
 gines, & sanctam Catholicam Ecclesiam,
 & Sedem Apostolicam, ac contra Christi-
 fideles præsertim Episcopos, sacerdos, &
 alias ecclesiasticas personas, atque etiam
 contra nuper ad ejisdem Christi fidem
 conversos, ac neophytos, & aliàs contra
 religionem Catholicam, vel in quibus et-
 jam, impudicæ, & obscenæ narrationes
 memorantur, etiam sub prætextu, quod
 expurgatæ fuerint, vel donec expurgentur,
 sive quod de novo typis excussæ fuerint,
 mutatis nominibus: vel etiam sub obten-
 ti, seu tolerantia aut permissione (ut præ-
 tendunt) Secretarij, aut cujusvis, personæ
 sacri concilii Tridentini, aut Indicis libro-
 rum prohibitorum, vel cujusvis indulti
 Apostolici, aut licentiæ per S. R. E. Car-
 dinales etiam Legatos, aut Camerariam,
 seu cameram Apostolicam, vel Nuncios,
 etiam cum potestate Legati de latere, aut
 locorum Ordinarios, seu Inquisitores hæ-
 reticæ pravitatis forsitan quomodolibet
 concessæ, aut quovis alio quæsito colore
 legere, habere, vel retinere, emere, vel ven-
 dere aut evulgare villo modo audeant, vel
 præsumant.

126 Facultates, † permissiones, & toleran-
 tias quascunque penitus, & omninò evo-
 cando, præcipiendo tam ipsas heb-
 ræis,
 quam

quam quibuscunque typographis, bibliopolis, seu mercatoribus, & aliis quibuscunque Christi fidelibus, † sub pœnis amissionis librorum, & publicationis omnium bonorum fisco ejus Principis, in cuius ditione libri reperti fuerint, applicandorum, ac alijs, etiam gravioribus, & corporis afflictivis arbitrio dicæcesani, ac etiam Inquisitoris statuendis, ac moderandis, necnon, quo ad Christianos, etiam excommunicationis majoris latæ sententiæ per unumquemque contrafacientem eo ipso incurrendæ, ne hujusmodi libros, & alia scripta superius prohibita, ut præfertur, retinere, habere, legere, edere, typis excudere seu imprimere, describere, vel exemplare, advehere, emere, vendere, donare, commutare, aut aliàs quomodolibet distrahere, vel alienare præsumant. S. R. E.

128 Cardinalibus adversus hæreticam pravita-
tem † in toto terrarum orbe generalibus Inquisitorib⁹, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cœterisque locorum Ordinariis, & Inquisitoribus quibuscunque ejusdem hæreticæ pravitatis, in quibusvis Regnis, Provincijs, & civitatibus pro tempore existentibus, Apostolica auctoritate mandavit, quatenus sic prohibitos libros, & scripta diligentissimè perquirant: & contra eos qui super retentione hujusmodi culpabiles reperirent, ad prædictatum, & aliarum etiam graviorum eorum arbitrio pœnarum executionem procederent, *ut in litteris Apostolicis pridie cal. Martii, anno 1592. expeditis, & de more publicatis.*

129 Quamplures Romani Pontifices † pro tempore existentes maximè etiam invigilarunt, ut voracitates, ac flagitia Hebræorum in usuris præsertim extorquendis

omni vi, & via cohiberentur, quibus licet mansuetudo Christianæ pietatis aliquando dignis de causis per Summos Pontifices denegata non fuerit, nihilominus contra piam eorundem mentem, & intentionem indultis pravè abutentes, eò tandem sunt progressi ut adversus divinas, naturales, humanasque leges magnis, & gravibus pecuniarum usuris, quas præsertim à pauperibus, & egenis exigunt monopolis illicitis, & fœneratiis pactis, fraudibus, dolis in contrahendo, ac fallacijs plurimos cives, & incolas ditionis temporalis ecclesiasticæ, ubi commorantur, miserè exhaurerint, circumvenerint, bonis spoliaverint, ac tenuis potissimum fortunæ homines, præsertim rusticos, & simplices, non solum ad extremam inopiam, & mendicitatē, seu propemodum in servitutem redegerint.

130 Multa præterea, † quidem graviora scelera, & flagitia, & ipsi commiserint, & perditio cuiq; ac nequissimo in facinorib. patranda suam libentissimè operam & quamcunque potuerunt, opem præstiterint. Quapropter idem Clemens Papa VIII. prædecessorum suorum vestigiis in hærendo; primùm quidem constitutiones Pauli, & Pii, eorundemque litteras innovavit, illisque perpetuè inviolabilis, & inconcussæ firmitatis robur adiecit, litterasque Pii Papæ IV. & Sixti V. quatenus eorundem litterarum Pauli IV. & Pii V. adversantur, revocavit, cassavit, abolevit, & annullavit, irritaque cassi & nulla decrevit, ac sua perpetuò valitura

131 constitutione præcepit, & mandavit, † ut omnes, & quicumque Iudæi utriuslibet sexus, qui in quibusvis ditionis suæ temporalis universæ civitatibus, etiam Bononicæ, & Beneventanæ oppidis, ter-